

# The Electronic *Manipulus florum*

[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

## Consolacio q cum uariis

Numerum conuiuarum incipere oportet a graciarum numero et progredi ad numerum musarum, id est proficisci a tribus et consistere in nouem, ut non sint pauciores quam tres nec plures quam nouem. Non conuenit enim multos esse eo quod turba est plerumque turbulenta; nec loquaces, inquit, conuiuas nec mutos eligere oportet quia eloquencia in foro, silencium uero non in conuiuio sed in cubilio. Sermones igitur illius temporis habendos non de rebus anxiis, non tortuosis, sed ex quibus ingenium uenustans fiat et amenuis et cum quadam uoluptate utiles.

Agellius libro XV.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

Consolacio q] Consolatio p P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; graciarum] gracia C; est] proficisci *add. (del. intra)* C; turbulenta] tribulenta P V<sup>1</sup>; foro] fora P V<sup>1</sup>; cubilio] cubiculo P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; uenustans] uenustatis P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; amenuis] ameuum P V<sup>1</sup>, amenum V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; Agellius] Aulus Gellius V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>